



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de  
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum  
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium  
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico  
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore  
distinctus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agrippinae, 1684**

20. Prælati exempti qualem habeant Jurisdictionem in suos subditos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QVÆSTIO XX.  
Prælati exempti qualem habeant in subditos iurisdictionem.

## SUMMARIUM.

- |   |  |
|---|--|
| 1. Prælati exempti habent iurisdictionem quasi Episcopalem. | dunt,  |
| 2. Excommunicare possunt subditos.                          | 5. 7. Differentia inter inferiores Prælatos & Episcopos. |
| 3. In alienationibus interponunt auctoritatem.              | 6. Dicitio quasi est nota improprietatis.                |
| 4. Vota tollunt. Indulgentias non concedunt.                | 8. Habent iurisdictionem etiam fori interioris.          |

**R**espondeo quasi Episcopalem glo. sing. Clem. 1. verb. proprij de rebus Eccles. non alienand. Navar. conf. 23. de privileg. Hieron. à Sorbo. Capus in. in addit. ad Alphons. à Casarubios in compend. privileg. frat. minor. verb. prælati. Unde subditos excommunicare possunt Sayrus in Thesuro Theologiae moralis lib. 1. cap. 6. n. 13. par. 1. in alienationibus suam interponunt auctoritatem dixi supra lib. eod. q. 1. n. 4. Vota suorum irritant commutant dispensant Navar. in Manuali c. 12. n. 76. vers. tertio Silvester verbo votum 4. q. 3. adde supra li. 1. c. 2. q. 4. n. 6. Navar. in Manuali c. 27. n. 254. Cæteraq; ad iurisdictionem Episcopalem spectantia expediunt, paucis quibusdam casibus exceptis, inter quos comprehendo indulgentiarum concessionem, quas inferior Episcopo concedere non potest dixi infra li. eod. q. 5. n. 1. Inferiores enim prælati, præsentantur viri velut familiaræ seu conditioni hominum sicuti Abbates Monachis qui proinde iurisdictionem quasi Episcopalem habere perhibentur adiecta dictione quali, quæ est nota improprietatis, quemadmodum late probatur apud Albertum de Pergamo tract. de propositionibus num. 92. §. quasi Anton. de Roselli tract. de Concilijs Rubr. sententia que potius attendendo an Papa an Concilij n. 16. in fin. At vero Episcopi rectores, integri populi, & quasi reges in parvo regno præsidentes hominibus omnium ordinum statuum, sexuum, conditionum proprie & absolute prælati esse perhibentur Bellarminus tract. de indulgentiis li. 1. cap. 11. q. 3. S. Thom. in 4. dist. 10. qu. 1. art. 4. q. 1. ad quos proinde indulgentiarum elatitio spectat Bellar. d. q. 3. in super, vendicant sibi eiusmodi Prælati iurisdictionem in suos, non modo fori exterioris sed etiam interioris, qualem Episcopi habent in animas Parochianorum Parochiarum sibi subiectarum Navar. conf. 15. num. 2. de præbend. par. 1. quæ per negligentiam prælatorum, ne in Episcopum transfertur advigilanti debet Navar. d. conf. 15. numer. 6.